

gulus Ep. in horto campo populum docebat usque ad vesperum; coarctantibus raris efficacius imperat silentium, una permissa coaxari. Hodie dum in loco illo, una excepta; omnes silent. Depositionis ipsius festo cum innumerabilis populus ad eum honorandum accurrat, cervi utriusque sexus, hinnuli, capreoli, divino nutu ad sepulchrum sancti praefatis conveniebant, ibique pavimento per miliam prostrati, ea praefata recedebant in sylvas. Id. 30. Martii.

S. Rodanus Abb. in Hibernia, in itinere leprosis perentibus elemosynam, equos sui curru dedit; statimque duo cervi ex sylvis addunt, & curru subeunt. Id. 15. April.

Electo & coronato in Pontificem S. Leone IX. gallus galinaceus frequenti voce ejus nomen repetebat, & naturalem emissurus sonum, cunctis mirantibus, Papa Leo infonabat. Id. 19. April.

Josepho Anchieta aves obumbrato sole adulatae sunt. Duo ex nostris iter fecerunt, amisti alter Breviarium, voluit redire quaesitum, vetuit Socius dicens, non amittendum. Cum ecce post aliquot leucas canis illud rictu obtulit. Nierenberg, de animal.

§. II.

Animalium Obedientia.

S. Jacobus Ep. Tarantasiensis in templo aedificando, cum ad ma. teriam operari bobus uteretur advehenda, ferox ursus bovem dilaceravit. Nuntiatur id Episcopo; qui adveniens videt quod nuntiabatur, cui dixit: Ego Jacobus Christi famulus praecipio tibi, ut in nomine Domini ad opus, quod impediti, cervicem inclines: qui statim collum jugo supposit.

S. Humberto Ep. Romam cum sociis proficiscenti, dum se, & pecora, in via resciunt, ursus devorat equum; quem cum famulus semidevorum reperisset, idcirco Domino nuntiatum fuisse, accurrat ipse, & urso imperat, ut faculos toto itinere ferat. Vocatus statim accedit, onus patienter suscipit, stupentibus cunctis in urbibus, & vicis, per quos iter habebant. Justo Pontificis divinitus moniti dimittunt ursum. Id. 25. Martii.

S. Simeon Prifcus Abb. errantibus via duces assignat leones Id. 26. Jan.

Vidi Salisburgi anofum, & cornua alta ferentem cervum; qui & fraxum, & fessorem, & quod mirum magis; bombardae a fessore intra cornua illius locare explosionem, patere; equitemque ad unum ferre milliari, principes cellerimo curru vetos comitantem, portare, quovis equo agillor. Stengelius t. 2. de div. jud. cap. 14.

B. Oringa, five Christiana V. Entruria genere humilii orta; cum adolefcentibus boves pasceret, ut liberis orationi vacaret, iis praecipit, ut fegetibus, & fatis, abstineret. Paruerunt, ut nec spicam lamberent. Bolland. 10. Jan.

S. Genulpho Ep. gallinas multas in usum pauperum, & hospitium, elenti, vulpes unam ablutit; iusta referre, retulit. Id. 17. Jan.

S. Jacobus Ep. Tarantasi. in via ad regem Galliarum dormientis affini oculum corvus abfulerat; praecipit in nomine Domini referri; retulit & sanctus sanum oculum in cavernam asino restituit. Id. 16. Jan.

V. P. Josephus Anchieta iter cum indigearum comitatu faciebat; & ecce vipera illi objicitur in itinere (est autem huc colubronum generi veneni virus supra quam in Europa terribium) ea confecta comites terrore perculli diffugere. Revocat illos Pater, jubetque viperam ad se venire; parat illa, canique apprehensam sedens sibi collocat in gremio, manque demulcens, occasione cepit multa de divina potentia disputandi; naturam nullam esse demonstrans, quae non hominis imperio obtemperet, nulla re divinum legem violanti. Sermone longo in hanc sententiam absoluto, multique monitis indigenas ad Christianae legis obedientiam hortatus, viperam sua benedictione affectam placide a se dimisit. Vita ejusdem.

Vicos Iustitiarum P. Anchieta comitabat navi Petrus Leitanus & Soc. Erat malacia summa, astus gravis, ac molestus; agris cam coeli gravitatem serbat Leitanus. Videt Josephus propet litus in arbore tres, quatuorve quaracies insidentes (ea sunt aves gallinarum magnitudine, purpureo colore in flavum vergente ipse pulcherrima) eas Josephus Brasilico sermone alloquens: ite, inquit, cognatas vestras acceffite, nostrumque iter, volatu vestro obumbrate. Ille extento collo vocem, quasi accepti imperii signum miseret, indeque avolans paulo post magno cum grege rediere; densataeque in nubem, tandem eandem supervolantes umbram fecerit: donec, spatio leuce unius decursu, lenis cepit afflare aura Favonii. Tunc Pater avium dimisit comitatum. Illa quasi imperio perfuncta, officiosa crociatione, & multis letitiae signis, avolarunt. Ib. plura vide ibidem.

§. III.

Animalium refugia ad Sanctos.

Lothario Britannia rege venationi indulgente, aper a venatoribus actus, ad Deicolium Abbatem confugisse dicitur, & tutum in ejus sinu reperisse asylum. Miremb. l. 2. nat. hist. c. 5. Item Boll. 18. Jan.

Cervus a venatoribus, & canibus in venatione exagitat us ad S. Humbertum Ep. confugit, & se sub pallio illius composuit, venatoribus persequi non audentibus: quia repente terrore correpti divinitus, gressus reflexerunt. Id. 25. Martii.

S. Agidius Abb. ad ostia Rhodani solitarius cervus lac praebente vixit; sed a venatoribus exagitata cellam ipsius petiit, & solido mactius immugiens ante fenis pedes provoluta jacuit; ut cuius humanitatem diu experta fuerat, ejus etiam auxilio ab imminente periculo tegetetur. Nierenberg, hist. de animal. l. 9. c. 95.

S. Albertus Eremita, cum in agro quadam die operaretur, in leporem incidit; qui non modo non profugit, sed capse familiariter sivit: cumque eum socii occidere velent, liberum dimisit. Post paulo infectans fugiens venatores ad virum Dei denuo accurrat; qui ipsum suum intra tunice suae manicum abscondit. Boll. 7. Jan.

S. Catharinae Svecicae, filiae S. Brigittae, vir cum more nobilium damam cum canibus venaretur, contigit S. Chatarinam fortuito per viam ipsius lucitransehi: ad quam fera lassae confugiens caput suum in sinu ejus reclinavit. Viro, & aliis adventibus, ostendit feram sub pallio latentem; eidem petens, & impetrans, libertatem. Id. 24. Martii.

Inter Hispaniam, & Hiberniam, est locus quidam, qui ob reverentiam S. Brendani, aliorumque loci illius Sanctorum, hominibus, pecoribus, feris, refugium praestat inauditum. Cervi, apri, lepores, &c. cum canes e vestigio sequentes nullatenus fugere posse se praesentunt, ad locum illum accurrunt; ubi rivulum pertranferunt, canes cursum sistant, nec ulterius insequuntur. Nierenb. lib. 2. de miraculis naturis Europae c. 12.

§. IV.

Animalia familiaria Sanctis.

AD Rhemigium Rhenensis Ep. passeres advolare solitos, accipimus, & de manu ejus certatim ebum petere, & capere. Nierenb. de animal. l. 9. c. 95.

S. Francisca Seraph. cum aliquando in horto inter frutera deambularet, cicada ficulneam linquens supra evocantis manum confedit: & Deum laudare iusta, voce tremula suavitorem solito stridor emittit. Id.

Erat Anchietae usitatum, quotidie dimisso catechismo, ad vires animi recreandas, in agro aliquantisper ambulare, atque e Codice horario, etiam nondum sacris ordinibus initiato, solemnem diei psalmodiam percurrere. Observatum est praesepae, admiranda speciei aviculam, multis, pulcherrimisque coloribus distinctam, ad ipsam solitam eod tempore advolare, tripudique hilari, modo illius humeros, modo brachia, librumque insillire. Ex vita.

TITULUS XXII. ANNIUS.

Aegyptii per Palmam in suis hieroglyphicis significabant Annum: quia singulis quibusque mensibus ramum profert, & sic 12. ramis annum integrum significat. Jo: Oforius ser: 2. post Dom. Pass.

Agni novus.

Idolorum cultores Jano duas facies figurant; unam, quae praeteritum annum videtur aspiciere, aliam, quae futurum. Faustinus Ep. in sermone.

Primum, & novum sacrificium Testamenti veteris oblatum in mense Nisan, ad quod ignis divinitus missus est. Dies fuit octava. Dies vero 14. ejusdem mensis Nisan, dies fuit Sacrificii novi, testamenti novi, Eucharistiae. Fuit dies novi ignis, eximii amoris. Sic Deus dilexit &c.

Calendis Januarii Deuteronomium Moyses populo promulgavit. Undecima enim mensis, prima die mensis, ait Scriptura Deut. 1. Cum autem primus mensis Hebraeorum fuerit Nisan, undecimus erat Januarius. Hujus rei figuram implevit Salvator, hoc eodem die novam legem. Sanguine suo in circumfusione faciendo, & vite Christianae velut exordium exhibendo. Primus anni dies sanguine dedicatur, ut olim in Nisan agni immolatione. Berline. L. I.

Serenissima, piissimaque Isabella Belgarum princeps nocte postrema cuiusque anni lampadem jubebat accendi coram eburnea Crucifixi statua (quam Philippo II. parenti ejus Pius V. dono miserat) juxta lectum collocatam; ut, cum Kalendis Januarii evigilaret, primum obtutum; cogitationemque jaceret in Christum e cruce pendentem; eamque mentem deinceps, quoad

liceret: toto anno conservaret. Duolreman. l. 4. cap. 2. de amore lect. 4.

Solent Sinz supra domus limen renovatas, anni redeuntis initiis, nescio quorum spiritum imagines collocare. In earum locum successerunt inculpta singulis tabulis angustissima Jesu, & Mariae, nomina, quae simul adium patrocina suscipiant, & Neophytorum fidem protulerunt. P. Nicol. Trigantius de Christiana expeditione l. 1. c. 10.

TITULUS XXII. APOSTOLI.

§. I.

Figura.

Ex Veteri.

Ubi erant duodecim fontes aquarum. Ex. 17. 27. Per duodecim fontes deserti, duodecim Apostolos intelligit S. Prosper parte 1. c. 39.

Duo lapides; Ex. 28. 9. duo precepta sunt dilectionis Dei, & proximi, quibus duodecim tribuum sculpta nomina continentur, duodecim Discipulos in hoc numero jam designantes, quos noster Sacerdos in humeris perfecta dilectione portavit. Id. p. 2. c. 3.

Ponsque in eo quatuor ordines lapidum. Ex. 28. 17. Tertull. l. 4. Contra Marcion. c. 13. hinc duodecim gemmis dicit, significatos duodecim Apostolos. Iisdem enim significantur Apostoli Apoc. 21. 19.

In primo Ordine primus Sardius, qui ignis specie translucet. Significat fervidam doctrinam, & pro ea martyrion: est enim colore sanguineo, & igneo, quo feris terrorem incurrit. Hinc Apoc. 21. 10. Tribuitur S. Bartholomaeo, qui pro Christo excoriatus totus sanguine ideoque demonibus terribilis fuit.

Secundus Topazius, qui partim caeruleo, partim auro, immo omni colore resplendet, ait S. Ildor. l. 1. c. 7. Significat animum coelestem, & ad omnia infatum; Tribuitur S. Jacobo fratri Domini, qui coelesti charitate irradiatus, per illam Judicos, omniaque terrena, supplantavit. Tertius smaragdus, qui maxime vires ita ut res alias, quin & aerem, virorem suo inficit. Significat Virginitatem, & tribuitur S. Joanni. In secundo Ordine primus carbunculus; Graece ἀράπαξ, id est, carbo ignitus. Significat ardentem charitatem; & tribuitur S. Jacobo fratri Joannis, qui ardens charitate Christi primus Apostolorum pro Christo martyr occubuit. Secundus saphyrus, qui caeruleus est, id est, coelestis coloris, & aureis punctis collectus, & radiis solis percussus ardentem emittit fulgorem. Significat eos: qui mente & vita in caelis versantur: unde in Apoc. tribuitur S. Paulo; vel potius S. Andrea; qui amore coeli, & radiis Christi, biduo apud eum manens percussus in ejus amore exaruit & terrena omnia calcavit. Tertius nixus, gemma fimbriosa, & vires, ideoque Smaragdo sublimis. Significat fortitudinem fidei, & tribuitur S. Petro. In tertio Ordine primus Lignus. Verisimile est, esse hyacinthum, interpretare S. Hieronymo. Significat contemptum terrenorum, & amorem coelestium. Congruit S. Simoni, qui coelestibus, & suavissimis fuit moribus. Secundus Abacus, quem Anselmus Boetius insignis medicus, & gemmarius Rudolphus II. Imp. dicit, venenis viperarum, & scorpionum ictibus adversari. Cor recreat, ac adversus omne genus contagii tueri. Sicut ore contentus, manique detentus, febrilentium aestus compefuit. Narratur, aquilam suo nido imponere; ut pullos contra venenatorum animalium morsus tuerat. Tribuitur Judae Thaddeo. Tertius Amethystus, qui purpureus est, violaceus, & roseus, sculptura facilis, leniterque flammulas fundit. Significat humilitatem; tribuitur S. Mattheo, qui nomine & in oculis suis, parvus fuit.

In quarto Ordine primus Chrysolithus, qui partim aurei, partim marini est coloris. Significat poenitentiam, tribuitur S. Mattheo. Secundus Onyx, ita dicitur ab homini unguis specie datur Philippo. Anselmus Boetius l. 2. de gemmis ex Appiano. Mithridates Ponti Rex ferat duo milia poculorum ex onyche in suo thesauro habuisse. Ceram non recipit, ideo ad sigilla aptissima. Tertius Beryllus, qui instat aquae solis fulgore percussus, rubicundus est, & decorus; affertur ex India. Tribuitur S. Thomae. Corn. à Lap. in Ex. 28. 17.

Eligo duodecim viros. Jo: c. 4. 2. Duodecim viri electi à Josue sunt duodecim Apostoli electi à Christo. Hugo Card. hic Sicut Judic. 7. 6. nudus ulus est militibus, sinistra quidem gestantibus lucernas in unis latentes, dextra vero tubas: ita sacros Apostolos misit nudos in universam terram, ferentes lucernam miraculorum, & praedicationum tubam. B. Theodoretus q. 15. in Judic.

Et viros duodecim jubet mare. 3. Reg. 7. 44. super quos mare posuit est, nisi duodecim Apostoli? quibus recens in morte Christi consecratum Baptismi Sacramentum traditum est. S. Rupertus l. 3. c. 23.

Salomon 3. Reg. 4. 7. ut aula sua esset bene ordinata, ordinavit duodecim praefatos ex filiis Isazel, quos constituit provisioni ciborum &c.

R. P. Spanner Poly. Tom. I.

Derrilla sicut ravenum modo labia circa dentes meos. Job 19. 20. Quid per labia, nisi locutio? quid per dentes, nisi Sancti Apostoli designantur? qui in hoc Ecclesiae corpore idcirco sunt positi; ut vitam carnalium correptione mordant, canque a sua pertinacia duritie costringant. Unde & eidem primo Apostolorum, quasi denti in ejus corpore posito, dicitur. Act. 10. 13. occide manduca. S. Greg. Mor. l. 14. c. 23.

Sagittas suas ardentibus efficit. Pl. 7. 14. Vocat Apostolos igneas sagittas ad inflammanda corda Credentium. S. August. hic post medium.

Posuisti in capite ejus coronam. Pl. 20. 4. id est, in principio praedicationis ejus, coronam de lapide pretioso, id est, de lapidibus pretiosis, scilicet duodecim Apostolis Hugo Card. hic.

Disperisui omnia ossa mea. Pl. 21. 15. Ossa Christi Apostoli dicuntur, quia sicut caro ab ossibus roboratur; ita & corpus Christi, quod est Ecclesia, ab Apostolis firmatur. S. Hieron. hic.

Vox Domini praepraesentis corpori. Pl. 28. 9. Cervus hic vocat beatos Apostolos, quorum pedes speciosi evangelicorum bona, ut potest conculcantes serpentes, qui hominibus insidias struunt, & mortem afferunt. B. Theodoretus l. 2. in Cant.

Sagitta potentis acuta. Plal. 44. 6. Intellige sagittas acutas eos, qui per Orbem universum ad evangelizandum missi sunt. S. Basil. hic.

Convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes. Pl. 58. 7. Non enim inveniebant canes egregii, scilicet Apostoli, copiam eorum apud inimicos Christi Judicos: paucos quippe ex illis manducare, id est convertere, & sibi incorporare poterant. Unde Petro e surientem ostentum vas linctum. Act. 10. Rupertus in Gen. 27. l. 7. c. 8.

Animalia sua habitabunt in ea. Pl. 67. 11. Animalia Dei sacros Apostolos nuncupat. Idcirco ipso equos Abacuc nominavit. Vitam fecisti in mari equis tuis. 3. 15. Id. hic.

Vires ejus in nubibus. Pl. 67. 35. Cum Apostoli docendi munus praepceptoris more obissent, veluti quaedam nubes, aquam e pelago Spiritus Sancti haurientes, irrigationem hominibus afferunt. Id. hic.

Nubes sunt Apostoli, & praedicatoris: quia sicut nubes e terra, & mari in altum sublata a ventis impelluntur; ita Apostoli ex terrene humilitatis humo, & hujus mundi mari, Dei gratia tolluntur, & Spiritu Dei impelluntur. Corn. à Lap. in Ezech. cap. 10.

Elevaverunt flumina Domine. Pl. 52. 3. Fluvios sacros Apostolos vocavit: hi enim fluviorum instar omnem irrigationem hominibus attulerunt. B. Theod. hic.

Meliora sunt ubera tuo vino. Cant. 1. 1. id est, Apostoli tui, quos te instructos vice tui lubitibus, multo sunt meliores, quam antiqui Prophetae; quorum Spiritus erat acer, sicut vinum. At Spiritus tuorum Apostolorum est Spiritus amoris; sicut vinum infans matrum, quae uberibus lactant infantes suos. Lud. de Ponte hic. Ubra Christi Apostolos non incongrue accipimus: per ipsos enim in fide nutritur, & spiritali alimento reficimur. S. Just. Orgelin. Ep. hic.

Similis stillicui mens caprea, hinnuloque cervorum. Cant. 2. 9. Propter acerrimum visum, & velocem cursum ad omnes fines orbis speciosis pedibus Apostolorum currens. Philo Carpath. hic.

Surge, propra anima mea, columba mea. Cant. 2. 10. Apostoli comparantur columbis, tum propter alias analogias alibi recensitas, tum quia columba indulgentissima est erga foetum. Etenim, ut Naturalistae tradunt, columba veniente frigore nidificans, & partum nido immitens, fusa etiam plumas avellit, ut parvuli foetus melius cubent. Quo fit, ut ipsa saepe mater gelu contabescat. 1. Theis. 2. 7. fuit summi parvuli in oculo vestrum; amquam si nuxia fovet filios suos. Corn. à Lap. hic.

Ferculum sibi facit Rex Salomon. Cant. 3. 9. Mens praeterea charitate, zelo animarum, & Spiritu Apostolico flagrans, & praedicans Christum crucifixum, vocatur ferculum Christi: Christi enim nomen, fidem, & cultum; circumferit per omnes gentes. Unde ferculum Christi fuit S. Paulus, & Apostoli, inquit Theodoret. Immo Christus ipse. Act. 9. 15. vasa electionis est mihi iste, ut porret nomen meum. Id. hic.

Emissiones tuae. Cant. 4. 13. Per emissiones paradisi Sanctissimi Apostoli, veluti delictarum horti, intelliguntur. Philo Carpath. hic. Pro emissiones Hebr. Apostolatus; Lat. legatus vel missus. Unde Apostoli emissiones paradisi, veluti lavacrum sacri fontis habentis intelliguntur; qui tanquam mala Punica foris rubentes in laboribus, & arumnis; postmodum & sanguine Martirii, per multos hominum Christi fidei veluti grana pepererunt; hique tanquam parvulis fructus suavissimos arborum coelestium, ad fidei incrementum, & charitatis opera, praeberunt. Philo Carpath. cit. Corn. à Lap. cit.

Crura illius columna marmoris. Cant. 5. 15. Crura symbolum sunt ingressus, & progressus. Significant ergo itinera Christi, & professiones, quibus per Judaeam; per Apostolos vero, & viros Apostolicos, omnes gentes Evangelizando obivit; fuisse parvas, rectas, fortes, & validas; ita ut nemo eas fittere, remorari, vel impedire, posset. Hinc multi per columnas has accipiunt Apostolos, qui, quasi pedes, Christum detulere per totum orbem; adeo fortes, &



robusti; ac columnæ marmoreæ esse viderentur, fundæ super bases aureas, tum Christi Ephes. 2. 20. tum charitatis: charitas enim est, quasi aurum solidissimum. Ita Philo Carpath. S. Nyfienus, S. Ambrosius in Pf. 118. Cornelius cit.

Per crura Apostolos intelligimus, per quos universon Mundum circuevit, & fidem, eis prædicantibus, populis audientibus sparsit. Sed crura columnæ marmoreæ esse perhibentur; quia Ecclesiam inflexibiliter sustinent; dum contra omnes adversarios eorum prædicationibus, & exemplis, roboratur. S. Greg. hic.

Quam pulchri sunt gressus tui. Cant. 7. 1. Gressus Ecclesiæ sunt veloces prædicationes Apostolorum; per quos in omnem terram Evangelium infonit. S. Thom. Aqu. hic.

Quasi columba meditante. If. 59. 11. Apostoli dicuntur columbæ I. propter cordis compunctionem, Nahum 2. gementes, ut columba. II. propter vitæ simplicitatem. Matth. 10. simplices sicut columbæ. III. propter contemplationis altitudinem, vel velocitatem. Pf. 54. 7. quis mihi dabit pennas sicut columbæ? & volabo. IV. propter conscientie puritatem. Cant. 5. 12. Oculi eius sicut. S. Thom. hic.

Et in manu eius calculus. If. 6. 6. Hebr. carbis, vel prima ignita. S. Hier. lapillus, seu gemma, Alcazar in Apoc. 2. 17. not. 5. Seraphim sunt Apostoli; Evangelium prædicaturi; quod quia erat Summa difficultatis, & quasi ignem complecti, hinc timidi forcipe acceperunt carbonem de altari; id est, timide acceperunt ad labores & persecutiones. Sed ubi eum acceperunt, & in sepeperunt, viderunt eum, non esse carbonem, sed carbunculum: quia labores hi, & crucis, pro Christo per charitatem, qua accensi erant, eis dulcissimi, & pretiosissimi; euaerunt. Corn. à Lap. hic.

Qui sunt isti, qui ne nubes volent? & quasi columba ad fenestras suas? If. 60. 8. ac si dicat: Apostoli mei sunt: ipsi volant, nullo quietorio; sed impellente Spiritu Sancto, cunctis gentibus plurimum salutaris doctrine portantes. Ipsi sunt quasi columbæ simplices, attamen serpentis prudentiam habentes. Columbæ istæ singule stant ad fenestras suas; id est, exercent, quas acceperunt, Spiritus Sancti gratias divitas, semper prædicando volantes, ut nubes, semper contemplando per illas fenestras suas coelum suspicientes, meditando gementes, gemendo meditantes. S. Rupertus in If. hic.

Annum placabilem Domino. If. 61. 2. Annus est Christus; duodecim menses duodecim Apostoli. S. Anselmus in Elucidario.

Super muros ieros. If. 62. 6. Quinam sunt custodes super muros ierosolam? qui tota die, & tota nocte, non tacent, nisi Apostoli? S. Rupert. hic.

Strabunt super illas piscatores. Ezech. 47. 10. Apostoli vocantur piscatores potius, quam venatores; quia ipsi non violentis caedibus, sed dulcibus sermonibus, & moribus, suaviter traxerunt homines ad Christum; ac sensim eos in retia Ecclesiæ compulerunt, ut vivos caperent ad meliorem vitam. Corn. à Lapide hic.

Dabo eis vittores. Of. 2. 15. Vittores eius Apostoli sunt, prædicatores veritatis. S. Rupert. hic.

Ponam dices iuda, sicut caminum ignis in lignis. Zach. 12. 6. Alleg. dabo Apostolos, qui instar ignis totum Mundum amore Dei inflammabunt. Corn. à Lap. hic.

Ex Novo.

Simile est regnum caelorum grano sinapis. Matth. 13. 31. Sinapis, prædicatio est; & Apostoli: pauci enim videntur hi, & totum orbem occuparunt. Theophyl. hic.

Canes lingebant ulcera eius. Luc. 16. 21. Sicut canes, ita & Apostoli, medicamentum lingua ferunt; quia prædicando sanant. S. Euseb. Emiff. fer. 5. post Dom. 2. Quadrag.

Fragmentorum copiam duodecim. Luc. 9. 17. Illi duodecim cophini, significant duodecim Apostolos. Ex quo datur forma prædicationis, ut non novas & de cordibus suis adinveniant: quia Dominus non creavit novos panes ad reficiendam turbam. Sed sicut Dominus multiplicavit divina benedictione quinque panes hordeaceos, sic omnis abundantia veræ doctrine sumi debet ex fundamento Sacre Scripturæ multiplicanda per orationem, qua in coelum respicitur; & devotione, qua benedicitur; & meditatione, qua frangitur; & prædicatione, qua distribuitur, & explicatur. S. Bonav. hic.

Rabbi, nunc quærebant te iudai lapidare, & iterum illuc vadis? Joan. 11. 8. Respondit JESUS: nunquid duodecim sunt horæ diei? Quid sibi vult ista responsio? ut diem se esse ostenderet, duodecim discipulos elegit. Si ego sum, inquit, dies, & vos horæ. Nunquid horæ diei consilium dant? horæ diem sequuntur, non diem horas. S. Aug. tr. 49. in Jo. Similiter explicat V. Beda hic.

Pedes eius similes aurichalco. Apoc. 1. 15. Apostoli Christi pedes dici possunt, ut qui solida sint Ecclesiæ fundamenta; & ad Magistri exemplum, in tentationis camino egregie probati; & examinati. S. Andreas Cæf. Ep. hic. ferm. 1. Apostoli, qui universon orbem terræ objerunt, & Evangelium prædicarunt, per allegoriam Pedes Domini dicuntur. Clem. Alex. lib. 2. pædag. c. 8.

Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius; & in capite eius corona stellarum duodecim. Apoc. 12. 1. Ecclesia Christi lumine cincta, gloriâ calcat temporalem; duodenario Apostolorum numero caput ornatur Ecclesiæ. V. Beda hic.

Cum dicuntur duodecim porte ierosolam. Apoc. 21. 12. & una porta Christus, & duodecim porte Christus: quia in duodecim portis Christus, & idèb duodenarius numerus Apostolorum. S. Aug. in Pf. 86.

Duodecim porte duodecim sunt Apostoli; per quos introitum, simul & accessum, ad Patrem nacti sumus. S. Andreas Cæfar. Ep. ferm. 23. hic.

S. I. I.

Apostolorum laudes, gloria, potestas, &c.

Ex Veteri, & Novo.

In omnem terram exiit sonus eorum. Pf. 18. 5. Hebr. exiit regula, vel norma, vel perpendicularum, vel architectonica eorum. Philipp. Diez tit. Apostoli. Aquila: exiit ordo eorum. B. Theodor. hic.

In omnem terram exiit sonus eorum. Pf. 18. 5. Secundum Aquilam: in omnem terram exiit ordo eorum. Nam nec sermonem, inquit, emittentes, nec verba proferentes: sed regulam, & proprium ordinem, demonstrantes; omnem terram, atque mare, ad divinas laudes decantandas invitant. B. Theodoretus hic.

Oculi mei ad fideles terræ, ut videant mecum. Pf. 100. 6. Si scire cupis, quam verè hoc dictum sit ad beatos Apostolos animum adice. Nam ipsi terra fideles erant: quippe cum per eorum fidem universon terrarum orbis salutis prædicatione completus sit. Igitur hi fideles unâ cum Domino sedent, illud audientes: vos autem sequebatur super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus israel. Matth. 19. 28. Oingens miraculum! lucei sedent; & corporis expertes adstant! S. Chrysof. hic.

Galilea gentium. Matth. 4. 15. Idem est, quod transmigrationis, ait S. Greg. Unde Apostolos non nisi Galilæos, id est, transmigrationes; qui scilicet hospites terræ, & cives coeli forent, elegit. Corn. à Lap. in Matth. c. 4.

Vos estis sal terræ; - vos estis lux mundi. Matth. 5. 13, 15. Cur Dominus, post exhortationem ad patientiam, suos discipulos dicit sal, & lucem? Extollitur magna charitas Apostolorum, quod inter persecutiones sint sal, & lux, toti intenti ad aliorum bonum, & salutem. Sylv. hic q. 1. Lux non ad seipsum, sed ad alios est creata. Sim. Cassianus lib. 8. c. 16. Lucie adherentes lux esse meruerunt. S. Pachafius. l. 3. in Matth. quæ illa lux, cui discipuli comparantur? an lux lampadis, vel candelæ? non talis enim lux lucet ex consumptione olei, vel cere; lux autem Apostolica nullius dispendio fulget. Estne lux diei: vel Solis non: nam splendet solium die, nocte definit: lux autem Evangelica nunquam, & nunquam disparet; & idèb nec lux luna, nec aurora est; quia hæc die obscurantur. Dico: est lux solis, lux, aurora, & stellarum. Sylveira addit. Evang. hic.

Vos estis sal terræ. Matth. 5. 13. Plin. l. 31. 10. Sal est igneæ, & aqueæ nature, continens duo elementa, ignem, & aquam. Ignem, qui auro est instar ignis; & si in ignem projiciatur, eum acuit, & accendit: aquam, quia fal, in se ipsa aqua in cam liquefit, & dissolvitur. Apostoli fuerunt sal terræ, quia ignea sua vi eam amore Dei accenderunt; & ignea sua eloquentia, & sapientia, eam aridam humectarunt: irrorarunt, & fecundarunt; ut fruges bonorum operum, & virtutum, proferret. Sal sitim excitat: sic Apostoli excitaverunt sitim rerum celestium. Corn. à Lap. hic.

Sequebatur super sedes duodecim. Matth. 19. 28. Oingens miraculum! lucei sedent, corporis expertes adstant. S. Chrysof. in Pf. 71.

Ex Patribus.

Boni flores Apostoli, qui diversorum scriptorum, atque operum, fuderunt odorem. S. Ambr. in Pf. 118. Octon. 6. Et hæc auras de ore meo &c.

Leguntur modo verba piscatorum; & colla subduntur oratorum. S. Aug. de verb. D. l. 59. Ipse itaque Apostolos suos vivæ lucis fonte perfudit; ut ipsi postmodum universon Mundum, tanquam duodecim solis radii, & ac totidem lampades veritatis, illuminarent. Idem de temp. fer. 2. Pent. l. 1. Quanti oratores, quanti periti, quanti Philosophi hujus mundi, ab illis piscatoribus irretiti sunt, ut ad salutem de profundo atraherentur. Id. l. 62. de div.

Pauci homines totum ceperunt Mundum. S. Chrysof. l. de Pent. 4.

Non aberraveris, si tubas vocaveris ora Apostolorum; non tubas quidem æreas, sed auro pretiosiores, & geminis magnificentiores. Id. in Pf. 46.

Apostoli oculi, & lumen totius Mundi. S. Macharius hom. 1. Quid ergo docuerunt, vel docent nos Apostoli Sancti? non piscatoriam artem, non scenofactoriam, non Platonem legere, &c. docuerunt vivere. Putas, parva res est, scire vivere? magnum aliquid, immò maximum. Non vivit, qui superbia inflatur &c. S. Bern. l. 1. in festo SS. Petri, & Pauli. Docuerunt homines in carne angelicè vivere; docuerunt, quid credendum, quid separandum, quid amandum. Sim. de Cass. l. 14. in Jo. 21. v. 19.

Oculi Christi, Apostoli sunt, qui scientia lumen universon corpori Ecclesiæ præstant. S. Ild. Comment. in Gen. c. 31.

Au-

Audacter dixerim; neque in miraculis Apostoli ita mirabiles apparuerunt, sicut in contemptu rerum: neque in efficacia veritatis homines commoverunt, ad novitatem vitæ prædicando, quam bona externa spernendo. Corn. à Lap. in 1. Petri 5. 2. Neque turpis lucri gratia.

S. I. I.

Apostolorum Vocatio, Electio, Missio.

Ex Veteri, & Novo.

Posui arenam terminum mari præceptum sempiternum. Jer. 5. 22. S. Greg. l. 9. mor. c. 5. Arenam Dominus mari terminum imposuit, quia ad frangendum Mundi gloriam, abjectos, & pauperes elegit. Cujus nimirum maris fluctus intumescunt, cum potestates sæculi ad communionem perfectionis exiliunt; sed transire arenam nequeunt; quia de respectu miraculis, & humilitate franguntur. Sylv. in Matth. 4.

Relictis vestibus secuti sunt eum. Matth. 4. 20. Triplex fuit horum Discipulorum vocatio. Una ad simplicem notitiam, quæ Jo. 1. describitur. Secunda fuit ad familiaritatem, Luc. 5. 8. 11. quando Petrus, vita miraculosa piscium captione, procidit ad genua Jesu. Tertia fuit ad Apostolatuum, quando omnia reliquerunt. Dion. Carth. hic.

Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Matth. 10. 16. Qui vult esse verus Apostolus Christi, cogitet, se mitti quasi ovem inter lupos, ac proinde fit prodigus vitæ, æstimet se perditum, sit resolutus ad labores, crucis, mortem, pro Christo. Corn. à Lap. hic.

Mitit illos binos. Luc. 10. 1. Cajet. mutuum testimonium, mutuum morum custodiam; mutuum consolationem; Jesus constituit in Discipulis peregrinantibus. Sylv. addit. in Luc. 10.

Nisi virgam. Marci 6. 8. Quid est virga, nisi præferenda potestatis insignis, & olei cendi instrumentum dolores? Ergo humilis Domini, (in humilitate enim iudicium ejus sublatum est) humilis, inquam, Domini præceptum. Discipuli ejus humilitatem officii exequuntur: eos enim misit ad fœderandam fidem, qui non tegerent, sed docerent: nec vin potestatis exerceant, sed doctrinam humilitatis attollerent. S. Ambr. hic.

Designavit Dominus & alios. 27. Luc. 10. 1. Cur præter 12. Apostolos, discipuli 72. designantur? Respond. Num. 72. & 12. Judæis semper fuit in magno honore: idèb propter 12. Patriarchas; ille verò, juxta Salmeronem, Maldon. Baronium, Corn. à Lap. propter 70. Seniores, quos Moyses ad totius populi causas destinavit Numer. 11. 14. ut ita æqualiter divisi, 72. in 12. tribubus, ex unaquaque tribu sex Judices essent. Sic Christus in Ecclesia sua elegit 12. Apostolos, tanquam Ecclesiæ totius principes; & 72. discipulos, ut ita æqualiter distributi cuilibet Apostoli 6. discipuli obviarent in ministerium Verbi Dei. If. 6. 2. Sex alii stabant Seraphim servientes Deo; ita Apostolo civis, tanquam Seraphim in Ecclesia, datus alas, seu sex operarios ad messum Evangelicam: tot enim alas voluit Deus in ministris suis suo ipsius obsequio, quot etiam destinavit in bonum, & salutem animarum nostrarum. 2. Ex 15. 27. In Elm juxta 12. fontes aquarum 72. palmarum erant. Interpretes 72. fuerunt, qui rogati Ptolomæi Scripturam ex Hebræo transferunt. Concilium magnum senedrim ex 72. Senioribus constabat. Juxta S. Ild. l. 1. etymol. 22. in veste Pontificis 72. malu Punicæ, & totidem tintinabula erant Ex. 28. 33. Sic & Christus designando hos discipulos, dedit Eccl. lux 72. palmas victrices de inimico: 72. Interpretes ac Magistros Sacre Scripturæ. 72. Viros magnos, regimen, & consilium; 72. tintinabula circumdata malo Punico ignite charitatis ad docendum, & prædicandum. 3. S. Aug. in qq. Evang. Beda, Hugo: per hunc numerum ostendit Dominus, quod per hos, & eorum sequaces, erat annuntiaturus Mundo fidem Trinitatis. Una die per 24. horas à Sole totus illustratur orbis. Sol ergo per triduum ambit 72. horas ficit. Christus, qui se Diem, & Lucem, vocat; per hunc prædicantium numerum significat, fidem, & lucem Trinitatis toti orbi annuntiare, & per eum Mundum maxime illuminare. 4. Beda, Bonavent. &c. 72. mittuntur: qui totidem linguarum gentibus prædicarent: ut sicut primò Apostoli propter 12. tribus israel; ita & hi propter exteras gentes destinarentur imbuendas. Juxta Aug. Hieron. Prosperum, &c. in 72. linguis, & gentes, divisi fuerunt homines in dispersione Babel. ut Christus D. omnium gentium, & linguarum se Redemptorem ostenderet, 72. discipulos elegit, ut 72. gentibus responderet; ac sic cuique genti, ac linguæ, Christus suum attribuit Discipulum; ut illius Curatorem, ac præceptorem. Sylv. in Luc. 10. c. 18. q. 2.

Neque peram, neque calcamenta. Luc. 10. 4. Utrumque de corio motui animantis confici solet, nihil autem in nobis Dominus Jesus mortale vult esse. S. Ambr. hic.

Cur ex Galilæa Christus primos elegit Discipulos? Chrysof. & Rupertus ajunt: Bethsaida una erat ex illis civitatibus, quæ maxime marcedula, & peccatrice, erant. Unde ait Christus Matth. 11. 21. v. tibi Corozaim, v. tibi Bethsaida, &c. Dei gratia enituit, dum ex medio tanta pravitatis tres Apostolos præclarissimos educit. Sylv. in Jo. 1. q. 10.

Cur Nathanael, qui Domino perhibuit tantum testimonium, R. P. Spanner Euly. Tom. 1.

Jo. 1. 49. in Apollitis non numeratur? Intelligere debemus, ipsum Nathanaelem eruditum, & peritum legis, fuisse: propterea noluit illum Dominus inter Discipulos ponere: quia idioras elegit, unde contunderet Mundum, S. August. tr. 7. in Joan. Vide ibi plura.

Ex Patribus.

S. Chrysof. in illud Pf. 46. 3. Dominus excelus, terribilis, rex magnus super omnem terram, ita ait: Erat etiam antea magnus, sed ignorabatur. Mundus per ipsum factus est, & Mundus eum non cognovit. Jo. 1. 10. Nunc autem hoc quoque præclare gessit, quod nos sibi familiaritate jungendo Rex magnus effectus est. Quidni enim magnus, qui pauperes, piscatores, illiteratos, privatos, numero undecim, obsecros, peregrinos, piscibus magis mutos, unicam tunicam habentes, calcei carentes, nudos, per universon orbem terrarum misit, & veluti mandato omnes cepit. Enumeratis adversariis S. Pauli ex 2. Cor. 11. v. 23. ait S. Chrysof. tom. 6. l. de Verb. Apoll. hi sunt veri Apollolatus characteres.

Alter eligit Mundus, aliter Christus; Mundus, quia confidit in potentia, & opulencia, eligit ad honores, nobiles, potentes, sapientes, divites. E contra Dominus, quia est summe sapiens, & dives; non formidat humanam potentiam, non miratur humanam sapientiam, non apicet humanam opulentiam. Non igitur eligit nobiles, vel potentes; sed infimos, & ignobiles: non philosophos sapientes; sed piscatores simplices: non gloriosos, & divites; sed pauperes & abjectos. S. Bonav. l. 2. de S. Mathia Ap. hic.

S. I. V.

Apostolorum fragilitas, & defectus, ante adventum S. Spiritus.

Pellit me, consumpsit carnis, adhaesit ei mens. Job 19. 20. In olle fortitudo, in carnis vero infirmitas corporis designatur. Quia igitur Christus & Ecclesia, una persona est; quid per os, nisi ipse Dominus, designatur? quid per carnem, nisi Discipuli? qui Passiois ejus tempore infirma sapuerunt. Per pellem verò; quæ, exterior carne, manet in corpore; quid nisi ille Sanctæ feminæ figuratur, quæ ad preparanda subfidia corporis, exterioribus Domino ministeris serviebat? Cùm ad crucis horam ventum est, ejus Discipulos gravis ex persecutione Judæorum timor invasit. Fugerunt singuli, mulieres atterunt. Quasi ergo consumpta carne os Domini pellicis adhæsit; quia fortitudo ejus Passiois tempore, fugientibus Discipulis, juxta fe mulieres invenit. S. Greg. l. 14. mor. c. 23.

Dispersa sunt omnia offa mea. Pf. 21. 15. Offa vocat robur Apostolos, quoniam & corpus Ecclesiam nominat; facies autem corporis offa sunt: ab his enim, quidquid in corpore molles & fluxi est, sustentatur. Dissipati autem sunt omnes tempore crucis, instarque, huc & illuc, dispersi, B. Theodoretus hic.

Dereliquit me virtus mea, & lumen colorum, & spiritum, non est mecum. Pf. 37. 11. Petrum vocat Christus virtutem, propter confessionem fidei. Tu es enim Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Is enim reliquit inficiatus. Lux autem sunt omnes Apostoli, quibus dixit; vos estis lux mundi. Matt. 5. 14. Hi erant lux oculorum, duorum testamentorum; Legis; & Evangelii; qui, quo tempore crucifixus fuit, non erant cum Christo. S. Chrysof. hic.

S. V.

Apostolorum virtus, fortitudo, accepto S. Spiritu.

Ex Veteri, & Novo.

Spiritus Domini induit Gedeon. Judic. 6. 34. Sept. Spiritus Domini forsiccavit Gedeon. Metaphora sumpta ab armis, quibus induitur. Porro Spiritus S. ille amor est in Deum, inexpugnabilem reddens amatorem. Hac armatura voluit Dominus Apostolos induere progredi ad hostes vincendos. Sehere in virtute, quod aliqui indignantur virtute ex alto. Luc. 24. 49. Ubi Maldonatus: milites erant Christi regnum expugnaturi. Spiritus Sanctus erat instar armorum. S. Chrysof. in Cant. noluit milites suos inermes in aciem prodire. Efcob. t. 3. Colloq. Chr. l. 10. lect. 1. obf. 2.

Lingua mea calamus scribæ. Psalm. 44. 2. Quia eorum lingue sunt tanquam calamus, qui à Spiritu scribente dirigitur. Sylv. in Act. 1. q. 5. Apparuerunt illis à Spiritu lingua. Act. 2. 3. Erunt quasi fortes Ephraim; & latibunt cor eorum quasi à vino. Zach. 10. 7. de Apollitis, & eorum successibus, dictum est. De Pontein Cant. Exhort. 29. §. 2.

Descendit S. Spiritus in formam linguæ, quasi ignis, & sedit super singulos eorum. Act. 1. 3. Id est, super eorum capita. Cùm autem ornamentum capitis fit corona, non indignum erit, illam formam ignis super caput, coronam capitis appellare. Sicut vocat. S. Cyrill. catech. 17. dicens: in specie linguarum igneum fedit super Apostolos, ut novæ coronæ spirituales imponerentur capitibus illorum. Id. in Cant. 3. Exh. 38. §. 2.

Musto pleni sunt isti. Act. 2. 13. Inebriati sunt sobria ebrietate, quæ

quæ



que peccatum mortificat, & cor vivificat. Ebrietatem omnino contraria illi corporee ebrietati: illa enim & cognitorum inducit oblivionem; hæc autem etiam ignoratorum noticiam donat. Inebriati sunt, bibentes vinum spirituales vitis, illius, quæ dicit: ego sum vitis. Jo. 15. 5. S. Cyrill. Jerof. catech. 17. Erant quidem ebrii, sed amore, sed spiritu, sed fervore. S. Laur. Just. de compunct.

Ex Patribus.

Apostoli, qui prius tremebant, & formidabant; post Spiritus S. acceptionem, in media pericula profuerunt, per ferrum, ignem, bestias, pelagus; & ad omnem calamitatem intrepidè expoluerunt. S. Chrysof. l. 74. in Jo.

Seraphim ardentes, five incendentes, interpretantur. Qui sunt Seraphim, nisi Apostoli; quos utique ardentes, atque incendentes, decima die post Asc. ejus, effecit Spiritus Sanctus. S. Rupert. hic.

S. Basilus ep. 175. refert artem aucupandi columbas; dum aucupes, capta una, vel altera columba aggressi, circum illum reddunt; & alis odorifero unguento linitis, eam e columbario exire permittunt, ut conjungatur aggressibus: quæ, illius fragrantia attracta, eam sequuntur; & in ejus columbario manent. Sic Discipuli aggresses unguento Spiritus Sancti illiti &c. Lud. de Ponte in Cant. Exh. 15. §. 21.

TITULUS XXIII

AQUA.

S. I.

Ex Veteri, & Novo.

Quærit Albinus, seu Alcuius: cur terra à Deo maledicta fuerit, & non Aquæ? respondet: quia de fractu terre vitio comedit homo. Immo prædestinavit Deus, in aquis omnem genus peccati abluere. Ideo etiam terrestria animalia plus habent maledictionis, quam aquatilia. Unde post resurrectionem de piscibus edit Christus, non de quadrupede, aut volucris. Doultreman. l. 1. c. 1. de amore f. 8.

Nulla creaturarum est magis aqua obediens: quò liberet homini, ascendit; quò vult, descendit; ducentes sequitur, in canaliculis dividitur, aliorum insectitur; reflectitur. Cyrill. Jerofol. catech. 3. magnum quiddam est aqua, & ex quatuor elementis apparentibus pulcherrimum. Angelorum habitaculum est cælum; atque ex aquis sunt cæli. Terra est hominum locus; at ex aquis etiam terra. Et, ante omnem rerum creaturarum sex illis diebus distinctionem, Spiritus Dei fovebatur super aquam Gen. 1. 2. Principium Mundi aqua, principium Evangelii Jordanis. Liberatio Israel à Pharaone per mare facta. Ex. 14. 27. Et liberatio à peccatis Mundi, per lavacrum est aquæ in Verbo Dei. Vbi cumque fœdus aliquod inter Deum, & homines, ibi aqua. Aquam adeo celebrabant Ægyptii, teste Vitruvio lib. 8. in proem.; ut hydriam ad templum religiose deferentes, procumbere demississime; & sublati in cælum manibus, gratias Numini de tanta benignitate supplices agerent. Doultreman de amore l. 1. c. 1. f. 8.

Abyssus, five aqua, quæ omnia occupabat à cælo empyrio usque ad terram? de qua abyssus seu aqua, partim detenuata, partim solidata, facti sunt cæli omnes, seu firmamentum, die secundo; perinde ac ex aqua conglaciata fit crystallus. Ita S. Basilus hom. 1. hexam. Beda &c. Corn. à Lap. Ludov. de Ponte in Cant. c. 8. Exh. 8.

Et à petra melle saturavit eos. Psalm. 80. 17. Atqui hoc nusquam in Scriptura lectum est; quòd mel de petra Moyses eduxerit; sed utique fuvios, & aquas, & frigida fluenta. Quid igitur tandem est, quod dicitur? neque enim Scriptura mentitur. Postquam sitientes, & indigentia defatigati, frigidioribus aquis incidere; ex potu voluptatem asserere volens, mel aquam appellavit; non tamquam in mel mutata natura, sed bibentium dispositione, fluente illa melle jucundiora faciente. S. Chrysof. hom. 2. ad pop. Antioch.

Juxta fluvium Chobar. Ezech. 1. 1. Quæres: cur juxta aquas Ezechiel, & Daniel viderint suas visiones, & mysteria divina? Respond. quia Propheta juxta fluenta, quasi loco silente, delectati, & excitati, mentem in Deum elevabant; itaque per orationem ad visiones, & raptus divinos, se disponebant. Sic, Christo in Jordane baptizato, aperti sunt cæli, & vox Patris innotuit; hic est Filius meus dilectus. Corn. à Lap. in Ezech. cap. 1.

Erant autem ibi fons Jacob. Joan. 4. 6. Cur Dominus ad converendam mulierem venit ad fontem? quia olim Jacob ad fontem visam Rachel dilexit. Gen. 29. 10. Ad aquas conjugium Isaac cum Rebecca Eleazaris ope initiatur. Gen. 24. 14. Moyses ad aquas in Ægypto, accepit uxorem Sephoram. Ex. 2. 16. Christus D. etiam ad aquas Samaritanam convertit, eamque sibi in sponsam copulat; ut Dominus antiquam Patrum servet consuetudinem. Sylv. in Jo. 4. q. 8.

Ex Patribus, & aliis.

Aqua pulcherrimum Dei opus S. Jo. Damasc. lib. 2. orthod. fid. Aqua dicta, quòd superfluous ejus æqualis sit. Aquarum elementum ceteris omnibus imperat. Aquæ cælum temperant, terram fecundant; scandunt in sublime, & cælum sibi vendicant. S. Iff. Ep. l. 13. c. 12.

In Thessalia duo sunt flumina; ex uno bibentes oves, nigras fieri ferunt; ex altero albas; ex utroque varias. Id. ib. c. 13.

In Troglodytis lacus est; ter in die fit amarus, & deinde toties dulcis. Id. ib. apud Garamantes fontem esse ajunt, ita algentem die, ut non bibatur; ita ardentem nocte, ut non tangatur. Id. ib.

Noxia in terris, in aquis innoxia sunt, atque ipsi angues sine veneno. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. S. Ambr. l. 5. hexam. c. 2.

Aqua marina contra morsum rabidi canis bibitur, ait Lemnius. Idem, ad purganda corpora, bilemque atram, aut sanguinem concretum, ab alterutra parte reddendum, ait Plin. l. 31. c. 6.

Prorumpit in monte quodam, duabus Nangafacho leucis, aqua ita ælians, ut in stagnum collecta, corpori vici imprimat cicatrices cum acerbissimo sensu doloris. P. Aloyf. Froy in sua rel. historica de staturæ Christi in Japonia.

S. II.

Aqua in vinum mutata.

Joan. 2.

Spiritus dei fovebatur super aquas. Gen. 1. 2. Pulsat animum nostrum, si quidem Deus investigare permittit: cur inceptit aqua convertenda in vinum Dominus Jesus Christus? five cur à liquoribus inchoavit? Multa sanè mysteria legimus Dominum in aqua fecisse. In prima rerum creatione Spiritus Dei fovebatur. Ad id rationalem creaturam compellens; nē rebus, quibus ipsa nobilior, immò domina constituta, vellet male subici per amorem; continevit enim amor hominum subici rebus, quas diligit qui soli Deo debet esse subiectus. Sim. de Cass. l. 4. c. 1.

Congregatur aqua. Gen. 1. 9. S. Hier. ep. 83. Christus Jesus Dominus noster, qui ab æquis primis signum kecerat, finivit in aquis. Latus Christi percussit lancea, & baptisimi, atque martyrii pariter Sacramenta funduntur. Bened. Fernandus hic.

Aquam vinum factum. Jo. 2. 9. Cur non credamus virtute Domini vinum fieri potuisse de aqua, cum nobis, operante Deo, fomentis imbrum, terræ de gremio, per ministeria vinearum; aqua fergat in vinum? S. Maximus in Epiph. Dom. hom. 1. Nihil aliud est vinum, quam aqua ex vite facta. S. Greg. Nyss. lib. 1. de homine cap. 2.

Sanè non minus stupendum videtur debet, quòd humor vitis in vinum Deo disponente quotannis convertatur; quam quòd olim in Cana Galilee eodem jubente aqua in vinum mutata fuerit. Blossius parad. an. c. 18.

Christus Dominus ostendit se esse, qui, ut ait S. Aug. omni anno hoc facit in vite, dum in vitibus succum aquarum in vinum convertit. Corn. à Lap. in Jo. 2.

S. III.

Ex vitis Patrum.

S. Odiloni Abb. Cluniac. aquam petenti, divina indulgentia bis in vinum conversa. Boll. 1. Jan.

B. Rogerius Abbat. allatam aquam benedixit, & in vinum convertit. Id. 3. Jan.

S. Gerlaco Eremitæ aqua ex fonte, (hodie S. Gerlaci dicitur) allata, in vinum remutata. Id. 5. Jan.

Idem de S. Alberto Eremita 7. Jan. B. Petro Damiano. Boll. 23. Febr. &c.

S. IV.

Aqua benedicta.

De Dominico asperso aqua benedictæ in memoriam Baptisimi. Delet venialia. S. Thom. 3. p. q. 65. a. 1. ad 6. Ut majori cum puritate, vel sacrificemus, vel oremus. Per aliam amaritudinem penitentia. Gavantus tit. 19.

Aqua signata à Incarnationem Domini, sal designat unionem divinæ Naturæ cum nostra Humanitate. S. Vinc. Ferr. l. 9. de aqua benedicta.

Uxor divitis nobilis, fero morbo, seu vexatione demonis, galinas de die 30. sine satietate edebat. Consumptis ita facultatibus amici Sanctum Macedonium ad eunt; venit, benedixit aquam, justè ebibere, & morbum curavit; ut deinceps parva gallinæ particula fami sufficeret. B. Theodoretus histor. Patrum.

S. Odilo puerum caduco morbo laborantem aspersione aquæ benedictæ sanavit; item anentem. Boll.

S. Brigida V. Scota venerat ad quemdam ex itinere, cujus uxor illum oderat. Aspersit aqua benedicta domum, potum, & lectum, uxore abiente; ex illo die maritum magno constanti dilexit amore. Boll. 1. Febr.

Ano 1603. dum locuste Æthiopia vastant; vici cujusdam in insula Catholici P. Petrum Paëzium adeunt, nuntiantes hanc agris suis pestem. Hos ille quamprimum in templo adesse jubet, & Sacris celebratis, ac Litaniis recitatis, aqua lustrali agros aspergit. Nec effectum caruit conflium: locustæ enim hæreticorum agros à Catholicorum aliquibus in locis non nisi fossa disjunctos, vastarunt; horum ne quidem attigerunt. P. Petrus Janicus theol. ter. Indic.

S. V.

Aqua manualis curat morbos.

S. Odilo aqua, qua manus lavit, febricitantem, ea epota, curavit absque mora.

S. Palerannus Ep. in Gallia; aqua, qua manus laverat, infirmos multos curavit. Boll. 13. Febr.

S. Heribertus Archi. Ep. Col. sanat aqua lotionis manuum in Missa, dolorem capitis, & oculorum. Id. 16. Martii. Similiter S. Sulpitius Pius Ep. Bitur. 17. Jan.

S. Eduardus Conf. Rex Angliæ, aqua, qua manus lavit, multos cæcos curavit. Mataphrales.

TITULUS XXIV.

ARBOR.

Illustrium rerum eventus sæpe sub arboribus facti. Gen. 18. S. Abraham, liberari hospitio, & convivio. Angelos excipiens, statat juxta eos sub arbore. Judic. 4. 5. Debora, quo tempore Israelem judicabat, sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur, Judic. 6. 19. Angelus, qui Gedeonem in Judicem inauguravit, venit, & sedit sub quercu quæ erat in Ephra. 1. Reg. 14. Saul morabatur in extrema parte Gaba sub malagrato. 3. Reg. 4. 25. Tithababaeque Juda, & 17. Reg. 1. absque timore ullo unumquique sub vite sua, & sub ficu sua. 3. Reg. 19. 4. Elias fugiens Jezabel, & in desertum se abdens, sedebat subter unam juniperum, & in umbra illius dormiebat, ibique angelico colloquio, & convivio, fruebatur. Jonas 4. 6. de Nimive regressus, sub hedera; quam illi Dominus preparaverat, requiescens, letabatur lætitia magna. Cant. 8. 5. cœlestis sponsa à Domino sponso sub arbore malo ad meliorem vitam suscitatur. Jo. 1. 48. Nathanael, cum esset sub ficu, à Christo Domino videtur, statim ipsum visurus, & cogniturus. Mendoza in l. 1. Reg. 14.

In Paradiso arbores diversæ generis erant contra varios defectus. Ut, si homo congruo tempore de uno comederet, nunquam amplius esuriret; si vero de alio, nunquam lassaretur. Ad ultimum, si de ligno vite uteretur, non amplius fenesceret, non infirmaret; nunquam moretetur. S. Anselmus Elucidat.

Arbor vite, juxta Peter. & Franc. Valesium sacre Philosophiæ c. 6. vitam fecisset longævam, non tamen immortalam, ut multi putant. 2. Valentem, & robustam. 3. Latam, & hilarem; progredisset ad aliquot annorum millia. Ex hac arbore fixerunt Poetæ suum nectar, & Ambrosium, qui Deos faciunt immortales; juvenes semper lætos; & beatos. Probabiliter Theodoret. Procop. Isidorus Pelusi. & Gemnadius, putant arborem scientiæ boni, & mali; fuisse sitam. Nam statim ab ejus usu nudum se videns Adam; ex foliis vesitem sibi confuit, ut dicitur c. 3. v. 7. à proxima scilicet arbore. Corn. à Lap. in Gen. 2. v. 8.

Lignum vite hanc naturaliter virtutem habebat, ut qui ex ejus fructu comederet, perpetua soliditate, & beata immortalitate, vestiretur; nulla, vel infirmitate, vel anxietate, vel senii lassitudine, fatigandus. Hugo Card. in Gen. c. 2.

Certe, sine controversa; arbor illa erat ficus, de qua præceptum acceptant. B. Theodoret. q. 28.

TITULUS XXV.

ASCENSIO CHRISTI.

S. I.

Figura.

Cum duabus turris regressor. Genesis 32. 10.

Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos. Deut. 32. 11. Ascendit potenter propter inflammationem, ut scilicet cœlestis patriæ, & gloriæ fides, & spes & desiderium firmius eis imprimeretur, & ad desiderium, veniendi ad eum; excitaretur in illis. S. Bern. Sen. tom. 3. l. 1. de Asc. D. Apparitiones Christi post resurrectionem, & locutiones de regno Dei Act. 1. 3. erant velut volatus; quos coram Discipulis faciebat; ut sic corda eorum in cælum erigeret. Diez tit. Ascensio Dom.

Hæc est præda David. 1. Reg. 30. 20. Ita milites ejus clamabant, cum, vitis Amalectis, optimis spoliis victor onustus à bello reverteretur. Redempti hodie potentissimo Duci, toti amoris sui captivos & spolia tam opima, referenti, quanta cum lætitia cœlestem militiam applausisse putamus? quoties repetebant: hæc est præda David. Id. conc. 2. in Asc. Dom. Viderunt cœlestes cuncti speciosum vulneribus Christum, spolia castis tyrannicis re-

portata; & admirantes fulgentia divinæ virtutis vexilla; talibus concrepant hymnis, deducuntque lætantes: quis est iste Rex gloriæ? S. Aug. de temp. f. 5. in festo Asc.

Rex quoque (David) transferebatur terrenam Cædem, & cœlestis populus incedebat contra viam, quæ respicit ad desertum. 2. Reg. 15. 23. Cur David fugiens Abalonem, in montem olivarum, tamquam ad asylum, confugit? Respondet Cyrill. Jerof. cat. 2. Cum Abalon adversus illum arma cepit, quamvis multæ illi viæ ad fugam paterent, per montes amen olivarum fugere maluit; firma invocans mente Liberatorem illum, qui isthinc cœlos ascensus erat. Did. de Castillo Illat. 176.

Nubecula parva ascendebat de mari, & facta est pluvia grandis. 3. Reg. 18. 44. 45. Postquam Humanitas Christi ascendit in cælum, in Pentecoste facta est pluvia gratiarum de Rampolegis, Ascensio Christi.

Eccè currit O. 4. Reg. 2. 11. Raptus Eliaz fuit typus ascensionis Christi in cælum, uti docet S. Bernard. serm. 3. & 6. de Asc. & S. Greg. hom. 29. in Evang. Cornel. à Lapide hic.

Tria sunt mibi difficiia, Prov. 30. 18. 19. Aquilam in hoc loco Christum D. debemus intelligere, qui post veterandam resurrectionem; qua docuit humanum genus in vitam redire post mortem; velut aquila revolavit ad Patrem, prædam fecit referens, id est, hominem, quem rapuerat de faucibus inimici. S. Ambros. l. de Salom. c. 2. hic. Via aquilæ in cælo fuit Christus in ascensione: via colubæ in resurrectione, quia coluber in petra renovatur: via navis in mari, in Passione; via viri in adolescentia, in Incarnatione. S. Bonav. hexam. f. 8.

Oritur sol, & occidit O. Eccl. 1. 5. Myrtice: oritur sol, id est, Christus de Virgine; & occidit in cruce: & ad locum suum, id est, in cælum empyrium, vel ad sinum Patris, revertitur in ascensione. Hugo Card. hic.

Oritur sol, Eccl. 1. 5. id est, Christus de Virgine; & occidit in cruce; & ad locum suum, id est, cælum empyrium, vel ad sinum Patris, revertitur, in ascensione. Hugo Card. hic.

S. II.

Ascensionis fines.

S. exaltatus fuero O. Jo. 12. 32. Propter hoc in cælum ascendit, ut nos illum attraheret. Hugo Card. in Prov. c. 4.

Expedit vobis, ut ego vadam. Jo. 16. 7. Propter hoc ascendit Christus, ut sublevaret cor hominum ad dilectionem. S. Bern. Sen. tom. 3. in asc. D. f. 2.

Quælibet res ardentè dilecta trahit ad se cor, & cogitationes, amantiss; sicut calore solis trahuntur sursum vapores terræ; & lux in lampade trahit ad se oleum paulatim. Luc. 12. 34. Ut thesaurus vestror, ibi & cor vestrum. Quia igitur Apostoli ardentissime amabant corporalem presentiam Christi; nec mirum, quia nimium amorosus fuit, ex verbi dulcedine, & conversationis, gratissima; & ideò plurimum à dilectione, & receptione cœlestium bonorum impediabantur, & non curabant elevare cor, nec desiderium in cælum. O! dicit Christus, ego faciam vos elevare cor, & intellectum, in altum; quia ergo ascendam in cælum. S. Vinc. ferr. l. in Asc. Dom.

S. III.

Ascensio Christo gaudiosa.

Veni in hortum meum Cant. 5. 1. Descendendo in uterum tuum, & assumendo carnem, ut verus homo nasceret, qui verus Deus eram, veni in hortum meum. Moriendo, atque in infernum descendendo, messui myrrham meam cum aromatis meis. Refurgendo comedi favum cum melle meo. Ascendendo in cælum bibi vinum meum cum lacte meo S. Rupert. in Cant. l. 4.

Dimittit nonaginta novum ovum in deserto. Luc. 15. 4. Ut ovem errandam reduceret ad ovile, reportans eam humeris propriis super crucem; & veniens in die Ascensionis convocat amicos, & vicinos suos, id est, Angelos, dicens illis: congratulamini mihi, quia inveni ovem meam. Hugo Card. in Eccl. c. 4.

Veniens domum. Luc. 15. 6. Scilicet in die Ascensionis convocat amicos; id est, Angelos &c. S. Bernard. Sen. tom. 3. f. de animæ dignit. Adventus ad quartandam ovem perditam, Incarnatio est Filii Dei; impositio ovis in humeros, redemptio est humani generis in proprio corpore; reditus domum; resurrectio, & Ascensio, est in cælum. Cajet. hic.

In hac die tota civitas cœlestis Jerusalem rosis coronata est resperfa odoribus, floribus redimita, ornata monilibus, decorata gemmis, auro depicta, & circumquaque septa cantoribus adeo, ut per omnes vicos, & plateas, atque super ipsius muros dulcisonè laudantium pestiferebant voces. S. Laur. Justin. l. in festo Asc. Dom.



